



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

15 Quando possis, vel tenearis fugere tyrannum in Christianos
sæuientem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

8 Quinto confessio fidei est necessaria ad bonum proximi, quando credis ex omissione tuæ confessionis aliquos fidem esse amissuros, & facta tua confessione firmos futuros esse. Item quando tua confessio occasio futura est aliquos ad fidem convertendi; quia non solum ex charitate saluti proximorum illo in casu teneris consulere, sed etiam ex fide teneris fidem in aliis promovere: quia fides non solum obligat subiectum, in quo est, ut fidei mysteriis firmiter assentiat, sed etiam obligat, ut procuret alios sic firmiter assentiri. Item quælibet virtus obligat subiectum in quo est, ut impediatur, quæ illi fuerint contraria: cum autem peccata contra fidem à quocumque commissa sint, fidei sunt contraria, efficitur sanè te obligatum esse ex fide ea impedire. sic docet Coninch, *disp. 15. dub. 4. num. 79.*

9 Extra huiusmodi casus non reperio alium, in quo obliget fides ratione sui fidem proferantatione tamen aliarum virtutum læpè obligat. Si enim ex charitate, vel iustitia teneris proximum instruere de fidei mysteriis, iam inde obligaris fidem profiteri; illa enim instructio, professio fidei est. Item si ex religione debes sacramenta suscipere, & venerari, illa suscipere, & venerari professio fidei est, & sic de reliquis suatez *disp. 14. sect. 2. n. 3.* & 7. Coninch. *disp. 15. dub. 4. concl. 2. num. 82.*

PUNCTUM XIV.

An cum de tua fide interrogaris, tenearis illam fateri.

- 1 Plures Doctores affirmant, si à potestate publica interrogaris
- 2 Regulariter non es obligatus, si generaliter examinaris, tamen si aliquando tenearis.
- 3 Si in particulari interrogaris, non licet tibi negare, neque in equivoce respondere, ut appareas fidei negator.
- 4 Secus vero si responsionem declinare poteris quin negator appareas.

Rogari potes à Rege, & superiore proptio, vel extraneo. Item rogari potes publicè, vel secreto, vel ratione rogari potes ab homine privato. Hac distinctione supposita.

Plures Doctores affirmant te obligatum esse fidem manifestare, quoties à potestate publica, quacumque sit, de illa rogaris, etiam si secreto rogeris sic Valent. 2. 2. *disp. 1. quest. 3. punct. 2. dub. 3.* Bannes *ibi quest. 3. art. 2. dub. 1. concl. 1.* Azor. *ib. i. instit. moralium, lib. 8. cap. 27. quest. 1.* Sanchez alios referens *lib. 2. in Decalog. cap. 4. n. 6.* & videtur expressè præceptum confessionis tunc obligat, cum ex tua confessione magnus Dei, & fidei honor sperari potest. Ergo, item nulla videtur efficacior occasio, neque magis opportunum tempus fidem manifestandi quam illud, in quo de fide à potestate publica examinaris. Ergo pro illo tempore præceptum confessionis fidei obligat. Adde, si tunc tenuas confiteri fidem, occasione præbes aliis suspicandi te non habere fidem, vel fidem non esse veram, & ad salutem necessariam. Teneris ergo, ne subtrahas hunc honorem Dei debitum fidem manifestate. Quod si ab aliquo privato rogeris, asserunt supradicti Doctores, specialiter Bannes Azor, Sanchez te obligatum non esse fidem manifestare. Excipit tamen Sanchez, & Valent. nisi persona grauis sis, eaque auctoritate potiaris, quia præsumere potes tuam manifestationem allaturam esse Deo magnum in fide honorem.

2 Pro resolutione aduertendum est examinaris te posse singulariter, vel generaliter cum aliis; ut si diceret Rex, Qui fuerint Catholicis, manifestentur. Si generalis examinatio fiat, regulariter loquendo, non teneris te prodere, & fidem manifestare. sic Suarez *de fide disp. 14. sect. 3. n. 6. fin. cum Tabiena verb. fides* quia neque ratione præcepti Principis teneris, cum hoc non obliget cum graui tuo detrimento, neque ex præcepto fidei negatus quia inde non apparet te negasse fidem, sed solum occultasse, quod per se licitum est; neque etiam ex præcepto positio fidei, quod non obligat, cum qualis Dei honor ex confessione accersit, & ex illius omissione subtrahitur, sed cum grauis, & magnus est: at ex tali manifestatione præsumi non potest grauem Dei honorem, & fidei exaltationem esse futuram; imò potius præsumi potest occultatione fidem esse amplius promouendam, & fideles occultos confirmandos, Ergo.

Dixi, regulariter loquendo, te non teneri prodere, quia aliquando teneris, videlicet, quando spectatis circumstantiis, merito suspicentur alii, te fidem deserere, quia tunc teneris fidem manifestare. Nam licet non teneris semper aliis te fidelem ostendere, teneris tamen non te positio ostendere infidelem: quando autem hæc circumstantiæ concurrant prudentis arbitrio iudicandum est, quod iudicium desumi po-

test ex casibus, quos recenset Coninch. *disp. 15. dub. 5. à num. 112.*

3 Verum si in particulari de fide rogeris, siue à Rege proptio, siue extraneo, siue à quolibet alio particulari, siue publicè, siue secreto.

Dicendum primò est nullo modo tibi licere verbis ambiguis, seu restrictione mentali facta, ita respondere ut appareas fidem negasse. sic Valent. 2. 2. *disp. 1. quest. 3. p. 2. dub. 4.* Valentius 2. 2. 9. 3. *art. 2. disp. 1. conclus. 2.* Sanchez, *lib. 2. c. 4. n. 14.* Coninch. *disp. 15. dub. 2. n. 14.* Et *dub. 5. n. 108.* Ratio est, quia negare fidem exterius, etiam si cum animo retineas, est extrinsecè malum, sed qui ita verbis illudit, ut audientes intelligant negasse fidem, verè in exteriori foro illam negat. Ergo hoc nulla ratione licet.

Dico secundo quoties infidelis Christianum rogar de fide ut cum hac de causa vexet, si Christianum declinare potest confessionem, quin intelligatur fidem negasse, non videtur teneri per se fidem manifestare: sic expresse tradit Coninch. 2. 2. *disp. 2. dub. 5. concl. 6. num. 109.* cum Lorca, *disp. 24. n. 11.* Et 22. Probo quia non videtur, quia ratione graui culpa teneatur hanc confessionem præstare. Non enim teneris ex præcepto Principis infidelis, ut de se constat, neque etiam ex præcepto fidei, fides enim obligat negatio præcepto, ne te positio ostendas infidelem: at non prohibet te dissimulare fidelem, seu te fidelem esse occultare. Positio autem præcepto solum obligat manifestare fidem quando id ad Dei honorem, vel proximorum salutem grauius conuenit. In presentibus autem non videtur subtrahi grauius Dei honor, si sic celas fidem. Non enim, ut suppono, ex tua manifestatione infideles sunt conuertendi, aut fideles dubij sunt confirmandi, sed solum sequitur Principem & alios ad hanc cognoscere te Catholicum esse, quod antea non cognoscebant: sed hæc cognitio præcisè per se spectata non est tanti momenti, ut videaris cum periculo vitæ teneri illam procurare; alia etiam non rogaris, neque examinaris teneris fidem manifestare, ne Princeps, & alij intelligerent te infidelem esse quod est saluum, & contra communem fidem esse dissimulabant. Dixi non teneri per se fidem manifestare, sic rogamur, quando ex eius declinatione non intelligitur fidem negare. Nam si hoc præsumi potest nulla ratione licet, ut dictum est in prima conclusionem, Ex præcepta autem taciturnitate hoc nullo modo intelligitur, sicut neque etiam intelligitur, si rogaris diceres: Quid tua interest? quid me interrogas hæc enim responsio potius est interrogantis contemptus quam fidei negatio, imò est quedam virtualis fidei confessio, siquidem responsionem iudici gratam negat. Addendum tamen est raro potest Christianum sic interrogatum declinare responsionem; quia potestas publica eum ad respondendam vexauit, & quoties magis tacentem videtur, acrius excandescet, & in grauiora tormenta prorumpet, tam aduersus ipsum quam reliquos, quos esse fideles existimat, eo quod existimet se esse contemptum.

PUNCTUM XV.

Quando possis, vel tenearis fugere tyrannum in Christianos feruentem.

- 1 Per se licitum est fugere tyrannum, ne te examinet neve tormentis exponat.
- 2 Aliquando licitum est non fugere, & tamen si periculum vitæ imminet.
- 3 Regulariter obligatus es te occultare, & dissimulare, & quando hoc contingat.
- 4 Pastor, & prelati fugere possunt si ouibus suis prouisum sit, secus vero si illius presentia grauius oues imminerent, quia tunc cum periculo vitæ tenentur illis assistere.

Dico primò. De fide est per se licitum tibi esse fugere tyrannum, ne te de fide examinet, neve tormentis exponat, ut illo Matth. 10. Cum vos persequenter in ciuitate ista, fugite in aliam; & ex exemplo Apostolorum Petri & Pauli qui iam in carcerem detrusi fuerant: & præcipue exemplo Christi Domini, qui estis poterat absque fuga tyrannorum seuitiam declinare fugit. *Matth. 4. Ioan. 8. 10. & 11.* & multis exorant Nicolaus Papa in cap. scilicet, 7. 9. 1. & August. *epist. 180. ad Horat. & tract. 46. in Ioann. & alii.* Ratio est, quia hæc fuga nullo modo præcepto positio prohibetur, ut de se constat, neque naturalis quidem fidei non aduertatur, imò potius fidem promouet, & manifestat siquidem ob eius causam se fugere subdit, & existim paritur; Ergo. Adde talem fugam læpè conuenientem esse tum ut tuæ imbecillitati prospicias, tum ut aliorum salutem adiuuaueris. Quod adeo verum est, ut etiam si captus sis examinationi subiectus, adhuc licitum tibi est fugere tum quia D. Petrus sic fecit, & alii sancti Martyres: tum quia fugiendo fidem manifestas, non negas. sic Suarez *de fide disp. 14. sect. 3. n. 11. fine.*

Dico secundum. Aliquando licitum tibi est non fugere, sed ex peccato examinationem, etiam si vitium periculo exponas; quod contingit, quando credere potes fidem illa confessione promouendam esse, sic alius relatis docet Suarez de fide disp. 14. sect. 3. n. 1. Ratio est, quia expectando examinationem potes ambages in fide rebotare, & alios ad fidem conuocare; & ex alia parte nullo morali periculo negandi fidem, te exponis. Ergo potest esse licitum, Neque obstat, quod te periculo amittendi vitam exponas, quia ob finem rationabilem, & honestum licitum id est. Et confirmari potest exemplo sancti Sebastiani, qui se fidelem dissimulauit, quousque fidem Marci, & Marcellini periclitari sensit: tunc enim se prodidit, cuiusque manifestatio multis nominibus ab Ecclesia commendatur.

Dico tertio. Regulariter non solum licitum tibi est fugere persequentem saltem te occultando, & dissimulando, sed etiam id facere obligas. Primum obligas, si conficius tuus imbecillitatis times negatus fidem: colligitur ex cap. scilicet scilicet, 7. q. 1. tunc enim nulla honesta causa esse potest proinde vitam: debet tamen minor esse fundaris, ut inducat moralem, & proximum periculum cadendi. sic Suarez disp. 14. sect. 3. n. 1. secundo obligas, si intelligeres ex tua confessione matrem esse subitum, ita occulte, ut abis exemplo constantie esse non possis: quia tunc non videtur adesse sufficiens causa prodigi di vitam, & permittendi peccatum tyranni te interdicentis. Tertio, & praeceptum obligas te occultare, si inde credis magis fidem promouendum, quod saepe contingit, quando tua vita maxime vitis est ad firmandos alios in fide: tum administratione sacramentorum; tum concionibus, exhortationibus, & conciliis. Quarto obligas, si times ex tua confessione tyrannum irritandum esse, & grauioribus tormentis Christianos persequendum, quibus timere potes plures a fide defecturos: in his enim casibus manifestatio non cedit in Dei honorem, & proximorum utilitatem: nulla ergo ratione licet, quod non solum intelligendum est de qualibet priuata persona, sed etiam de pastore, & Praelato. sic docet Coninch. disp. 7. dub. 5. q. 1. dub. 95.

Sed quid dicendum, si pastor sis, & Praelatus, neque possis te occultare manens inter oues, poteris ne illas deserere, & fugere? Ratio dubitandi est locus ille Ioann. 20. vbi de bono pastore dixit Christus animam suam ponere pro ouibus suis; secus vero mercenarius, qui dimittit oues, & fugit. Dicendum ergo est, si fugiat pastor, ut se in commodius tempus referret, & interim ouibus prouidam sit aliis clericis ibi manentibus, licita est eius fuga. Ratio est, quia tunc dici non potest dimittere oues, & fugere, tam oues non manent pastore desistente, quod optime ponderat D. Thom. supra dicto loco Ioann. lect. 3. Augustinus epist. 180. Suarez de fide, disp. 14. sect. 3. n. 12. Coninch. disp. 7. dub. 5. n. 103. Item si in solos pastores, & praelatos tyrannus delinquit, & reliquum populum permittat pacifice vivere, poterit praelatus tunc fugere, quia eius fuga populo videtur conueniens sic Coninch. supra.

Verum extra hos casus fere semper obligatus est pastor etiam cum periculo vite non dimittere oues, & fugere; quia oues in grandi necessitate, & periculo amittendi fidem constanter non debet pastor dimittere, alius non bonus pastor, sed mercenarius reputandus est. Quapropter haec obligatio non solum est ex charitate, qua tenemur saluti spirituali proximo, etiam cum detrimento corporalis vite prospicere; sed etiam ex iustitia ratione sui maioris: ut recte declarauit Nicol. Papa in cap. scilicet scilicet, 7. q. 1. Exemplo naturae, qui non debet ensem in periculo constitutum deserere, si sperat nauigandum fore vitalem. sic docet Coninch concl. 4. n. 104. Suarez disp. 14. sect. 3. num. 12. Addendum tamen est, si pastores deserant, & tu potes illis ouibus derelictis consulere; debes peruenire, etiam cum periculo vite, quia charitas proximi obligat hoc periculum temporale subire, ut eius salutem spirituali proficiat.

PUNCTUM XVI.

Licitum ne sit celare fidem verbis, vel signis per se contrariam religionem significatibus, casu quo non instet praecipuum positum manifestandi fidem.

- 1. Probatur licitum id esse.
- 2. Pro resolutione distinguitur duplex genus actionum.
- 3. Nullo modo licet uti verbis, & factis, quae speciatim circumstantiis nullam aliam significationem habent, praeter cultum falsae religionis.
- 4. Satisse argum. n. 3. adductis.

Adrian. in 4. in tractat. de Baptismo, q. 1. art. 2. ad 5. paulo ante 8. contra primam partem. existimat id licitum esse. Monetur primo auctoritate D. Hieronymi comment. de

cap. 2. epist. ad Galatas, & epist. 89. ad August. & aliis saepe, vbi sentiens caeremonias veteris legis a morte Christi fuisse mortificatas, excusat Petrum, & Paulum illis videntes, quia ex dissimulatione faciebant. Secundum. Exemplo Naaman 4. Regum. 5. qui cognita Deorum vanitate postulat ab Elifae licentiam, ut permitteret, cum dominus Iesus in templo adoraret, ipse etiam genuflecteret ob domini sui reuerentiam; & si quid in hac parte peccaret, Deum pro illo deprecaretur; cui Elifaeus respondit, *Vade in pace*, quasi approbans factum, & dissimulationem: si autem factum illud intrinsece malum esset, & nulla ratione honestari posset, deberet Propheta illum monere, & a tali fideo retrahere. Tertio adducit Hieronym. & laudat simulationem Iehu Regis Israel. 4. Regum. 10. qui volens occidere omnes Baal cultores, dixit se velle Baal praecipuo sacrificio venari, & nihilominus tamen Deus hanc eius dissimulationem videtur approbasse; tunc dixit ibi, *quia suscitasti egipti, quod rectum erat, & placebat oculis meis, & omnia, quae erant in corde meo, fecisti contra domum Achab, &c.* Ergo simulatio factis, & verbis contrariam religionem licitum aliquando est. Quarto adducit Hieron. exemplum Davidis immutantis faciem suam coram Achis 1. Regum. 21. & subdit, nec mirum, iustos homines aliqua simulatio pro tempore ob suam, & aliorum salutem; cum & ipse Dominus noster non habens peccatum, nec carum peccati, simulationem peccatrici carnis assumpserit. Quinto ratione, quia haec simulatio in tantum esse potest peccatum, in quantum est mendacium, ostendens illis signis vanos deos esse dignos cultu, tam tamen non sint, sed hoc non ostendit sic simulans; quia non ea intentione illa signa praestat, sed ob alios fines honestos. Ergo illa simulatio mendacium dici non potest. Et confirmo. Licitum tibi est uti verbis infidelium, quarum ratione adstantes detrahuntur, & iudicant te infidelem esse. Ergo deceptio aliorum mendacium non constituit in simulatione. Sexto in aliis materiis a religione licitus est ex graui causa vsus dissimulandi, tum verbis, tum factis. Ergo etiam esse potest in materia fidei; qua enim ratione in aliis materiis excusatur simulatio a mendacio, etiam in materia fidei excusari potest; ideo enim in aliis materiis excusatur, quia verba, & facta non iuxta audientium mentem, sed iuxta intentionem profertentis accipiuntur; cur ergo in materia religionis sic accipienda non erant?

Pro resolutione huius difficultatis aduerto actiones significantes falsam religionem esse in duplici differentia; alia quae ex se, ex vsu, & consuetudine, aut lege nullam aliam habent significationem, alia quae illam habent. Prioris generis sunt genuflexio coram idolo, thurificatio, iunctio pectoris, gestatio vestium; quibus in sacrificiis impis vniuersi Gentiles, & similia haec eam speciatim circumstantiis nullam aliam habent significationem, praeter cultum illius, in cuius praesentia obsequantur. Quae licet significant falsam habere religionem, & simul etiam ostendant saltem ex se ob aliam rationem esse prohibita. Haec sunt eius casuum die prohibitorum, & factis, quibus cultores falsae religionis committere veniunt, & factis, quibus adtem non solum deus sequeas actionibus, sed de primis affirmabar aliquando licere.

Dicendum igitur est nullo modo licere verbis, & factis uti quae speciatim circumstantiis nullam aliam habent significationem praeter cultum falsae religionis, est certa sententia: neque contrariam existimo probabilem. Eam nulli scripturae, & Patrum testimonio probat, & exornat Valent. 2. 2. disp. 1. quast. 3. punct. 2. dub. 4. pag. 323. verso. nihilominus Suarez de fide, disp. 14. lect. 4. n. 4. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 4. n. 14. Coninch. disp. 7. dub. 2. n. 14. Pelancius 2. 2. quast. 3. art. 2. disp. 1. conclus. 2. Valquez 1. 2. disp. 181. cap. 5. Toler. lib. 4. summ. cap. 2. n. 7. & alii ab eisdem relati. Ratio est, quia secundum fidem non solum obligas praecipio negativo non proficere falsam religionem ex animo, sed neque quoad apparentiam proficere, quia obligas non negare fidem exterius. Ac vitens illis signis nullam aliam significationem moraliter habentibus praeter cultum falsae religionis, falsam religionem protestaris exterius. Ergo illud est intrinsece malum. Neque obstat te non intendere illis signis falsam religionem protestari, sed aliud longe diuersum, quia sufficit quod in te, & in apparentia, & factis ipso id intendas. Et confirmo, si rogaris de fide illam verbis negares, etiam si verba in illa significatione ab ea, quara habent, vsurpares, omnes conueniunt ille intrinsece malum, & nulla ratione honestari posse; sed facta illa, verbis negantibus fidem aequivalent, quia licet verba nullam aliam habent significationem, ita neque illa facta speciatim illis circumstantiis; & sicut non obstat in verbis intentio protestantis, ut ea trahat a significatione, quam habent, neque etiam debet in factis obitare intentio exequentis, cum tam a verbis quam a factis illi inseparabilis sit externa significatio falsae religionis. Secundum quia negari non potest executionem illarum actionum esse quidem superstitiosam cultum, siquidem seingui non possunt a superstitione, quam habent colendi illum, in cuius praesentia fiunt. Sed superstitionis cultus semper est illicitus. Ergo Tertio ex opposita sententia lequeretur posse fidelem inter infideles habitantem, ut mortem, vel alia damna euiet, thus offert idolo

DE
AS
SALAO
TOM.
II